

DE DOCTRINA CHRISTIANA

Gilla sunt, q̄ per ſœminam deceptos, per ſœminam natus, homo homines, mortalis mortales, morte mortuos liberavit. Multa quoq̄ alia diligentius confiderantibus quos instituti operis peragendi neceſſitas non rapit, vel à contrariis, vel à ſimilibus medicinae

Fulcitur Christiana apparet inſtructio. Iam vero credes res dita domini à mortuis reſurrectio, & in cœlum aſcenſio, magna ſpe fulcit fide noſtrã. Multum enim oſtendit quã voluntarie pro nobis animam poſuerit, qui ſione. Ca. XV.

ſe fiducia ſpes credentiũ conſolatur, cõſiderans quãtus quanta pro nondum credentibus paſſus ſit. Cum enim iudex viuorum atq̄ mortuorum expectatur è cœlo, magnum timorem incutit negligentibus, vt ſe ad indulgentia* conuertat, eumq̄ magis bene agendo deſiderent, quã male agẽdo formident. Quibus autem verbis dici, aut qua cogitatione capi poteſt præmiũ quod ille in fine daturus eſt: quando ad cõſolationem huius itineris tantũ dedit de ſpiritu ſuo, quo in aduerſis vitæ huius fiduciam charitatẽque tantam eius quem nondum videmus habeamus: & dona vnicuique propria ad inſtructionem eccleſiæ ſuæ, vt id quod oſtendit eſſe faciendum, non ſolum ſine murmure, ſed etiam cum delectatione faciamus? Eſt enim eccleſia corpus eius, ſicut Apoſtolica doctrina commendat, quæ etiã conuincit eius dicitur. Corpus ergo ſuum multis membris diuerſa officia gerentibus, nodo vnitatis & charitatis tantaquam ſanctitatis aſtringit. Exeret autem hoc tempore & purgat medicinalibus quibusdam moleſtijs, vt erutam de hoc ſeculo, in æternum ſibi copulet coniugem eccleſiam, non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi. Porro quoniam in via ſumus, nec via iſta locorum eſt, ſed affectuum, quam intercludebant quali ſepa quædam ſpinofa præteritorum malitiæ peccatorum, quid liberalius & miſericordius facere potuit qui ſeipſum nobis quo redimemus ſubſternere voluit, niſi vt omnia donaret peccata conuerſis, & grauior fixa interdiſta reditus noſtri pro nobis crucifixus euelleret? Has igitur clauſes dedit Eccleſiæ ſuæ, vt quæ ſolueret in terra, ſoluta eſſent in cœlo: quæ ligaret in terra, ligata eſſent & in cœlo: ſcilicet vt quiſquis in Eccleſia ei dimitti ſibi peccata non crederet, non ei dimitterentur: quiſquis autẽ crederet, ſc̄q̄ ab his corruptus auerteret in euſdem Eccleſiæ gremio conſtitutus, eadẽ fide atq̄ correptione ſanaretur. Q̄ uiſquis enim non credit dimitti ſibi poſſe peccata, ſit deterior deſperãdo, quaſi nihil illi melius quã mali eſſe remaneat, vbi de fructu ſuæ conuerſionis inſidus eſt. Iam vero ſicut animi quædam mors eſt, vitę prioris morumq̄ reſectio, ſi quæ fit poenitẽdo: ſic etiam corporis morſeſt animationis priſtinæ reſolutio. Et quomodo animus poſt poenitentiam qua priores mores perditos interemit, reformatur in meliũ, ſic etiã corpus poſt iſtam mortem qua vinculo peccati omnes debemur, credendum & ſperãdum eſt reſurrectionis tempore in melius commutari: vt nõ caro & ſanguis regnum dei poſſideat, quod fieri non poteſt, ſed corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortale hoc induat immortalitãtẽ, nullamq̄ faciens moleſtiam, qua nullam patietur indigentiam à beata perfeſtaq̄ anima cum ſumma quiete vegetetur. Cuius autem animus non moritur huic ſeculo, neq̄ incipit cõfigurari veritati, in grauiorẽ mortẽ morte corporis trahitur. Neq̄ ad communionem cœleſtis beatitudinis ſed ad lucenda ſupplicia reuoluet. Hoc itaq̄ fides habet, atq̄ ita rem ſe habere credẽdum eſt, neq̄ animum, neq̄ corp⁹ humanũ oimodũ interitũ pati: ſed impios reſurgere ad pœnas inæſtimabiles, pios autem ad vitam æternam. In his igitur omnibus rebus illæ tantum ſunt quibus fruendũ eſt,

quas æternas atque incommutabiles cõmemorauimus. Ceteris autem vtẽdum eſt, vt ad illarũ perfruitionem peruenire poſſimus. Nos itaque qui fruimus & vtimur alijs rebus, res aliquid ſumus. Magna enim quædam res eſt homo factus ad imaginẽ & ſimilitudinem dei, non inquantũ mortali corpore includitur, ſed inquantũ beſtias rationalis anime honore præcellit. Itaq̄ magna quæſtio eſt, vtrum frui ſe debeat homines, an vt, an vtrũq̄. Præceptum eſt enim nobis vt diligamus inuicem. Sed quaeritur vtrum propter ſe homo ab homine diligendus ſit, an propter aliud. Si enim propter ſe, fruimur eo: ſi propter aliud, vtimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus: Quod enim propter ſe diligendum eſt, in eo conſtituitur vita beata. Cuius etiam ſi nondum res, tamen ſpes eius non hoc tempore conſolatur. Male dicitur autẽ qui ſpem ſuam ponit in homine. Sed nec ſeipſo quiſquam frui debet, ſi liquido aduertat, quia nec ſeipſum debet propter ſeipſum diligere, ſed propter illud quo fruendum eſt. Tunc quippe eſt optim⁹ homo, cum tota vita ſua peragitur* in incõmutabilem vitam, & toto affectu inhæret illi. Si autẽ ſe propter ſe diligit, non ſe referat ad deũ, ſed ad ſeipſum conuerſus, non ad incõmutabile aliquid conuertitur. Et propterea iam cõ defectũ aliquo ſe fruatur, quia melior eſt cum totus hæret atq̄ conſtringitur incõmutabili bono, quã cum inde vel ad ſeipſum relaxatur. Si ergo teipſum, non propter teipſum debes diligere, ſed propter illud vbi dilectionis tuæ reſiſſim⁹ finis eſt, non ſuccedeat alius homo, ſi etiam ipſum propter deũ diligis. Hæc enim regula dilectionis diuinitus cõſtituta eſt, Diliges, inquit, proximũ tuum ſicut teipſum, deũ vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex totã mente, vt omnes cogitationes tuas & omnem vitam & omnẽ intellectum in illũ conſeras, à quo habes ea ipſa quæ conſers. Cum autẽ ait, Tota corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ noſtræ partem reliquit quæ vacare debeat, & quaſi locum dare vt alia re velit frui, ſed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quod totius dilectionis impet⁹ currit. Quisquis ergo recte proximum diligit, hoc cũ eo debet agere, vt etiam ipſe toto corde, tota anima, tota mētẽ diligat deũ. Sic enim eum diligens tãquam ſeipſum, totam dilectionem ſui & illius referat in illam dilectionem dei, quæ nullam à ſe ruuolum duci extra patitur cuius deriuatione minuatur. Non autem omnia quibus vtendum eſt diligenda ſunt, ſed ea ſola quæ aut nobiscum ſocietate quadam referuntur in deũ, ſicuti eſt homo vel angelus, aut ad nos relata beneficio dei per nos indigent, ſicuti eſt corpus. Nam vtique martyres non dilexerunt ſcelus perſequẽtum ſe, quo tamen vſi ſunt ad promerẽdum deũ. Cum ergo quatuor ſint diligenda. Vnum quod ſupra nos eſt, alterum quod nos ſumus, tertium quod iuxta nos eſt, quartum quod infra nos eſt. De ſecundo & quarto nulla præcepta danda erant. Quãtũlibet enim homo excedat à veritate, manet illi dilectio ſui & dilectio corporis ſui. Fugax enim animus ab incommutabili lumine omnium regnatorẽ id agit, vt ipſe ſibi regnet & corpori ſuo. Et ideo non poteſt niſi ſe & corpus ſuũ diligere. Magnũ autem aliquid adeptum ſe putat, ſi etiam ſocijs, id eſt, alijs hominibus dominari poterit. In eſt enim vitioſo aio id magis appetere, & ſibi tãquam debitiũ vèdicare, qd̄ vni proprie debetur deo. Talis autẽ ſui dilectio meli⁹ odium vocatur. Iniquũ eſt enim quia vult ſibi ſeruire, & quod infra ſe eſt, cũ ipſe ſeruare ſuperiori nolit. Reſiſſimẽq̄ dicitur eſt, qui diligit iniquitate odit animã ſuam: & ideo fit infirmus anim⁹, & de mortali corpore cruciat⁹. Neceſſe eſt enim vt illud diligit, & ei⁹ corruptione prægrauetur. Immortalitas enim & incorruptio corporis de

1. ſen. di. x. ca. cū aut.

Hiere. 17.

* ſi al. pergit.

L

3. ſen. di. 27. ca. cõſequer.

Matt. 22.

3. ſen. di. 27. ca. dilectionis.

M

Q̄ uid ſit diligendũ. Caput XXXIII.

Via ad Chriſtũ. Caput XVII.

Clauſe Eccleſiæ. Caput XVIII.

De reſectia corporis & animi. Ca. XIX. Treſcũtio.

Quinon renalcãt. Ca. XX.

Inequalis reſurrectio boni & mali. Cap. XXI.

Solo deo fruendũ. Ca. XXII.

1. ſen. di. x. ca. cū aut.

Hiere. 17.

* ſi al. pergit.

L

3. ſen. di. 27. ca. cõſequer.

Matt. 22.

3. ſen. di. 27. ca. dilectionis.

M

Q̄ uid ſit diligendũ. Caput XXXIII.

Pſal. 10.

ris de